

tu delphinis cum se iecisset in mare, exceptum ab vno Tenarum in littus peruectum. Est prouincia Narbonensis & in Nemausensi agro stagnū Laterra appellatū, ubi cum hoīe delphini societate piscantur: innumera uis mugilum stato tēpore angustis faucibus stagni in mare erumpit, obseruata æstus reciprocatione. Qua de causa præterea non queunt retia, quæ molem ponderis ullo modo tolerant, etiamsi non solertia insidiatur tēpori. Simili ratione in altū protinus tēdunt, quod vicino gurgite efficitur: locumq; solum pādēdis retibus habilem effugere festināt. Quod ubi animaduertere piscantes, concurrunt multitudo temporis gnara, & magis etiam uoluptatis huius auida, totusq; populus è littore quanto potest c'amore cōciet Simonem ad spectaculi euentum: celeriter delphini exaudiunt desideria, aquilonū flatu uocē prosequente, austro uero tardius ex aduerso referente. Sed tum quoq; improviso in auxilium aduolāt. Propere apparet acies, quæ protinus disponitur in loco ubi cōiectus est, pugna opponente sese ab alto: trepidosq; in rada urgent. Tum piscatores circundant retia, furcisque subleuāt. at mugilum nihilominus uelocitas transilit: at illos excipiunt delphini, & occidisse ad præsens cōtenti, cibos in uictoriam differunt. Opere prælium feruet, includiq; retibus se fortissime urgentes gaudent. ac ne id ipsum suam gam hostium stimulet, inter nauigia & retia natantes uel homines ita sensim elabuntur, ut exitus non appareat. Saltu quod est alias blandissimū his, nullus conatur euadere, ni summittantur sibi retia. egressus protinus ante uallum præliatur. Ita peracta captura, quos interemere diripiunt. Sed enixioris opera q̄ in unius diei præmiū consciū sibi, operiuntur in posterum: nec piscibus tantum, sed intrita panis è uino satiantur. Quæ de eodem genere piscandi in Iassio sinu Mutianus tradit, hoc differunt, quod ultro neque in clamati præsto sint, partesque è manibus accipiant, & suum quæque cymba è delphinis socium habeat, quamuis noctu & ad faces. Ipsi quoq; inter se publica est societas. Capto à rege Caria, alligatoq; in portu delphino, ingens reliquorum conuenit multitudo, mœstitia quadam, quæ posset intelligi, miserationem petens, donec dimitti rex eum iussit. Quin & paruos semper aliquis grandior comitatur ut custos. Conspectique sunt iam defunctum portantes, ne laceraretur à beluis.

De tursionibus.

CAP. IX.

Delphinorum similitudinem habent qui uocantur tursiones. Distant & tristitia quidem aspectus, abest enim illa lasciuia, maxime tamē rostrostris canicularum malefcentiæ assimilati.

De testudinibus, & quomodo capiuntur. CAP. X.

Testudines tantæ magnitudinis Indicum mare emittit, ut singularū supficie habitabiles casas integāt: atq; iter insulas rubri præcipue maris nauigēt his cymbis. Capiuntur multis quidem modis, sed maxime euectæ in summa pelagi antemeridiano tepore

blandito, eminente toto dorso per tranquilla fluitantes: quæ uoluptas libere spirandi, in tantum fallit oblitas sui, ut solis uapore siccato cortice, non queat mergi, inuitaq; fluitent opportunæ uenantium prædæ. Ferunt & pastū egressas noctu, auideq; saturatas lassari: atq; ut remearint matutino, summa in aqua obdormiscere: id prodi stertētū sonitu, tumq; leuiter capi. Adnatate enim singuli ternos, à duobus in dorsū uerti, à tertio laqueū iniici supina, atq; ita ad terrā à pluribus trahi. In Phænicio mari haud ulla difficultate capiuntur, utroq; ueniūt stato tēpore anni in anmem Eleutherū effusa multitudine. Dentes nō sunt testudinis, sed rostri margines acuti, supna parte inferiorem claudente pyxidum modo. In mari conchylijs uiuunt, tāta oris duritia, ut lapides cōminuāt. In terrā egressæ, in herbis pariunt oua, autū ouis similia, ad centena numero. Ea; defossa extra aquas, et cooperta terra, ac pauca pectore & complanata, incubāt noctibus. Educant fetus annuo spatio. Quidam oculis spectando quoq; oua foueri ab ijs putant. Faminam coitum fugere, donec mas festucam aliquam imponat auersæ. Troglodyta cornigeras habet, ut in lyra annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorū in natādo remigio se adiuant. Celtiū genus id uocatur eximia testudinis, sed raræ. Nanq; scopuli præacuti Chelonophagos terrent. Troglodyta autē ad quos adnatāt, ut sacras adorāt. Sūt et terrestres, quæ ob id in operibus chersinae uocātur, in Africa desertis, qua parte maxime sitientibus harenis squalent, roscido, ut creditur, humore uiuentes. Neque aliud ibi animal prouenit.

Quis primus testudines secare instituerit.

CAP. XI.

Testudinū putamina secare in laminas, lectosq; & repositoria his uestire, Carbilius Pollio instituit, prodigi et sagacis ad luxuriæ instrumenta ingenij.

Tegmenta aquatiliū.

CAP. XII.

Aquatiliū tegumēta plura sunt: Alia corio & pilis teguntur, ut uituli et hippopotami. Alia corio tantū, ut delphini: cortice, ut testudines: siliicum duritia, ut ostrea & cōcha: crustis, ut locusta: crustis & spinis, ut echini: squamis, ut pisces: asperacuta, ut Squatina, qua lignum & ebora poliuntur: molli, ut murena: alia nulla, ut polypi.

De uitulo marino.

CAP. XIII.

Quæ pilo uestiuntur, aīal pariūt, ut pristis, balena, uitulus. Hic parit in terra pecudū more: secundo partus reddit initu. Canū modo coheret: et parit nunq̄ geminis plures: educat mammis fetum. Non ante duodecimū diem deducit in mare, ex eo subinde assuefaciens. Interficiuntur difficulter, nisi capite eliso. Ipsi in somno mugitus, unde nomen uituli. Accipiunt tamen disciplinam, uoceque pariter & uisu populū salutant, incondito fremitu: nomine uocati respondent. Nullum animal grauiore somno premitur. Pinnis quibus in mari utūtur, humi quoq; uice pedum serpunt. Pelles eorū etiam detractas cor-

* scās partu reddit. Initu canū modo cohæret

* sono

k ij pori